



**Tractatvs De Præventionē Ivdiciali [!], Sev De
Contentione Ivrisdictionvm**

**Tonduti, Pierre François de
Lvgdvni, M.DC.LXXIII.**

Ad Evndem, Phaleucium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98370](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98370)

PER-ILLVSTRI
ET EXCELLENTISSIMO D.
D. PETRO FRANCISCO DE TONDVTI
DOMINO DE S. LEGIER,

I. C. Celeberrimo & Patruo amantissimo.

EPIGRAMMA

VRGIA quæ dubio præuentio Marte parabat
Rixoso, doctâ præuenis arte, foro.
Per Te vera suo Præuentio iure præibit.
Per Te posterior cogitur inde sequi.
Per Te importuni pellentur iede cauilli:
Et certa Iudex lege quietus erit.
Ergo sit hæc Præuentio, sit Subuentio; utrâque
In gemino mundi cardine notus eris.
Atque opus hoc, Orbi si non mortale futurum est,
Nil tamen hocce tuo Nomine maius erit.

I. B. DE TONDVTI, ex fratre germano Nepos,
Dominus & Toparcha Loci de Blauuac.

AD PER-ILLVSTREM DOMINVM,
D. PETRVM FRANCISCVM DE TONDVTI,
Dominum loci de S. Legier, in Comitatu
Venaissino.

ITIGET aduersus, si quis cum Iudice Iudex,
Et fora iuridicis sent inimica foris,
Arbiter æquus adest, docto qui iurgia libro
Comprimat, & lites explicet implicitas,
Cognoscant alij, rudium de iure clientum,
Plebs illis causas deferat ima suas,
Hunc Astræa sua dominans quem præstitit Arti,
Ius ipsis decuit dicere iudicibus.

I. SANGENESIVS, I. D.

AD EVNDEM,
Phalencium.

ERVS eximium decus Togati,
Interpres dubij perite Iuris,
Cuius ore loquens Themis forensi
Respondet populo, suâque leges
Nostri explicat immorata terris;
Si docto statuas modum labori,
Et tandem grauis impetret senectus
Curis emeritam tuis quierem,
Tui publica res futura non est

Xpers auxilij; perenni in illam
Fungere officio, nec ipsa munus
Vis mortis poterit tuum morari:
Libri, si taceas, tui loquentur;
Dum Legum imperio regetur Orbis,
Erunt perpetui Tibi clientes
Queis opem ingenio feres, & à Te
Seri consilium petent nepotes.

I. SANGENESIVS, I. D.